



255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. IN=STIT.
ET C. QVOD CVM EO
QVI IN ALIENA POTEST GESTVM
ESSE DICETVR, ATQVE ALIIS IN DE
prodiuntibus & cognatis actionibus.

AD QVAS DEO VOLENTE, PRAESI-
DIO CLARISSIMORVM AC CONSULTISSIMORVM
virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburg, & D. Ioan-
nis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in pub-
lico iuridicæ facultatis Collegio, ex longissimi vsu
& approbata consuetudine respon-
debit -

GERARDVS LISTINGIVS.

*Anno à partu virginis MD. LXXXI.
XXIV. Octobris.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Q9

CONTINVATIO.

Siquidem multis lateq; quemadmodum ex suo quis conveniri contractu possit, disputatum est: non incongruo ordine, quemadmodum ex alieno negotio id ipsum tolerari prae tor posse discernat, (a) quod fieri non possit ut non interdum aliena opera indigeamus, vel etiam quarundam personarum conventiones ad nos pertinere necesse sit, consequens est dispicere. (b)

(a) Lag. in meth. h. t. (b) VVef. in parat. cod. Azo in prin. C. h. t.

THESIS I.

Exercitoria actio ut summe utilis, (a) sic maximè necessaria, (b) ita nuncupata est ab eo qui prae posuit. (c) Exercitor enim dicitur, qui naui quem certa mercede, (d) recepto in se ut lucri sic damni periculo (e) praefecit, (f) vnde describitur, ad quem obventiones ex redditus omnes perueniunt, (g) siue dominus is naui sic siue per auersionem eam conduxerit, (h) idq; ad tempus vel in perpetuum, (i) nullo attento personae discrimine, (k) extra vnum pupillum. (l) Magister autem cui totius naui anchora demandata est rectè appellatur. (m)

(a) l. i. h. t. Conrad. Lag. d. loco in prin. Bald. in Rubr. C. cod. (b) d. l. i. vers. propter nauigandi necessitatem & vers. cum sit maior necessitas, (c) d. l. i. vers. aequum fuit cum Azo in sum. C. cod. vers. Dicitur autem (d) Cuiac. obs. lib. 8. cap. 15. (e) l. i. in princ. ff. de Instit. act. (f) §. eadem ratione Inst. Quod cum eo qui & c. (g) d. l. i. §. Exercitorem h. t. Mynf. §. si igitur num. 8. Inst. cod. Azo d. loco in prinip. (h) d. §. exercitorem, (i) d. l. i. §. igitur praepositio, (k) l. i. §. cuius autem 4. h. t. & ibi Bart. Mynf. d. §. num. 11. in fin. vers. cat. (l) l. c. 4. C. cod. quia de eo obligando non agitur, arg. §. 1. & 2. Inst. de auct. tut. Mynf. d. §. sic igitur. (m) d. l. i. §. Magistrum. Azo in sum. C. cod. in prin. Mynf. d. §. sic igitur nu. 12.

II.

Est autem exercitoria actio personalis, (a) stricti iuris, (b) praetoria, (c) rei persecutoria, (d) & perpetua, (e) qua ex contractu magistri nobiscum habito cum exercitore in solidum, (f) experimur, ad consequendum id ab eo quod nobis ex contractu magistri debetur. (g)

(a) quia propter contractum vel delictum datur, l. 5. §. 1. ff. de trib. d. l. i. §. haec actio ff. cod. Oldend. clas. 4. act. 4. q. 2. (b) l. ex contractibus de obligat. & act. l. in honorarijs. d. tit. (c) l. eum qui ff. cod. Oldend. clas. 4. act. 4. q. 1. (d) §. eadem ratione, Inst. cod. Con. Lag. d. loco num. 3. vers. atque ita, l. si eum, §. item si seruus, ff. cod. (e) l. si tamen §. haec actiones. Lag. d. loco num. 2. d. l. si tamen §. si seruus, & ibi gloss. Oldend. d. loco q. 5. VVefemb. in supp. §. Eadem num. 3. Inst. cod. (f) saepe d. §. Eadem ratione Inst. cod. & ibi VVef. nu. 9. in sup. l. 2. & l. ult. C. h. t. (g) Mynf. in d. §. igitur nu. 12. Lag. d. loco nu. 1.

III.

Vbi cum primis sciendum est non ex omni causa actionem in exercitori dari, (a) sed ea solum qua praepositionis lege continetur, ei q; expressè aut saltem tacitè inest, (b) vnde de contra

contractu nautari nisi in delictis, cōueniri exercitor nequit, (c) itemq; magistri omnib.
alijs extra præpositionem initis negotijs, (d) quod tamen ita verum est, nisi modus dicta
præpositionis deceptionem cōtrahentium induceret, (e) vt in prohibita magistro substitu-
tione, (f) quæ edicti fundamento prorsus contrariaretur. (g)

III.

(a) sæpe d.l.i. §. igitur præpositio & §. non autem & ibi gloss. & Bart. Castr. & alij h. tit.
(b) argum. l. d. §. Magistrum autem §. h. t. vers. sed & quem magister & ibi Bart. Bald. in l.
causæ §. i. de procurat. facit c. ex parte de rescript. Myns. d. §. num. ii. (c) sæpe d.l.i. §. sed si
nu. 2. h. t. Myns. d. loco num. 17. (d) d.l.i. §. non autem 7. h. t. (e) Costal. in §. quid tamen, l. i.
ff. cod. arg. l. sed si §. conditio de Instit. act. (f) d. §. Magistrum §. & ibi Ioan. à Castr. num. 1.
& 6. V. Vesenb. in Schn. §. eadem num. i. vers. omnia Inst. cod. Romanus sing. 566. (g) quia
cogeretur quis indagare conditionem & qualisnam esset cont. prin. l. i. ff. h. t.

Vnde rectè diuiditur vt & sequens, (a) in Directam (b) & vtile, (c) In directa enim
ad obligandum exercitorem satis est, si significet in rem domini se, cui præpositus sit con-
trahere, (d) etiamsi defraudandi ab initio creditoris animum habuerit, (e) sed etsi ipse
quidem hoc non expresserit, creditor tamen in eã se causam dummodo liquida sit, (f) dare
protestetur, obligari nihilominus exercitorem iuri consentaneum est. (g) In obliqua vero,
in domini rem versam quodammodo probare necesse est. (h)

V.

(a) Schn. num. 4. h. t. (b) l. 4. §. i. & passim cod. (c) d.l.i. §. magistrum & §. est autem h. tit.
(d) l. i. §. 9. vnde quærit Of. Bart. d. loco. Azo in sum. C. cod. Bald. in Rubr. C. h. t. rursus
Bart. in l. si pupilli, §. i. de neg. gest. & l. ciuitas si certum pet. (e) sæpe d.l.i. §. Sed etsi io h. t.
Azo d. loco vers. si ergo acceperit. (f) gloss. & Dd. in d. §. etsi & ibidem. Castr. in l. vlt. h. t.
Azo d. loco. (g) quia imputet sibi cur talem præposuerit d. §. vnde quærit, Ofi. in fin.
(h) l. vlt. h. t. & ibi Bart. & Castr. Schned. l. loco num. 9. Costal. in l. §. de Instit. act. nu. 7.

Præpositionis itaque forma legem contrahentibus dat, (a) quæ sub ratione negociatio-
nis, aut conditione personarum variat. (b) Vnde si exercitor quem vt nauim locet solum
constituit, is ea in causa tantummodo eũ obligabit, (c) quod si plures ita præfecit ne vnus
sine alterius opera consiliove administret, id obseruari æquum est, (d) quod si autem sim-
plicitè singulis in solidum, vt & in iudicibus ordinarijs, quod in procuratoribus & iudi-
cibus delegatis negandum est, (e) officio præfecti esse intelligentur. (f)

(a) l. sed si §. conditio de Instit. act. l. Pedius de arbit. l. i. §. igitur cod. Cost. in §. quid ta-
men num. 7. Castr. in d. §. non autem Bart. sæpe d. §. igitur Rom. sing. 23. & sing. 239. Cast.
d. loco num. 6. (b) arg. d. §. magistri autem 3. vbi casus primi membri, & §. & si sic proposu-
it 14. h. t. vbi alius. (c) quia alias transgressus esset modum præpositionis. Oldend. in cla.
4. act. §. in defend. rei conuent. num. i. (d) d.l.i. & d. §. si plures, & ibi gl. & §. sed si sic ff. cod.
(e) l. pluribus 32. & ibi glo. ff. de procur. quia non habent exercitium ordinarium cum ali-
as esset secus glo. in c. ad prudentiam de off. delegat. arg. c. loquitur 24. q. 1. & c. i. de iure
patron. facit l. si libertus ff. de bonis libert. in fin. l. via de seruit. l. si sepulchrum, C. de re-
ligios. & sumpt. fu. c. si duo ex trib. de procur. in 6. Bart. in d. §. si plures nu. i. (f) d. §. si plu-
res & ibi plenè per Bart.

VI.

Vnde quero si procurator me sciente & patiente agat, & causa cadat ego tenear, &
affirma-

affirmatiuam tanquam veriozem cum Innocentio licet Castrensi, aliud videatur (a) defendere enitar. (b)

(a) Cast. in d. §. magistrum num. 5. (b) Inni. in c. ex parte decani, l. si remunerandi 6. §. si passus, l. qui fide 53. l. qui patitur, ff. mand. Cost. in l. 4. num. 3. d. tit. & in l. ult. quod cum eo. Panor. in d. c. ex parte decani de elect. Azo in sum. num. 18. C. mand. Bart. in l. 1. §. familiaria de publ. text. in l. 1. §. Scientiam de trib. act. Oldend. class. 4. act. 6. & act. 24. nu. 6. glo. in c. cum olim ff. de off. deleg. verb. protinus, & ibi Dd. Abb. Anton. de Butr. c. contingit ult. colum. de transact. Ioan. And. in c. cum quis de sent. excommunicationis in 6. & ibi Dom. de S. Gem. 1. colum. Andr. de Iser. c. vnico, §. penul. de prohibita. feud. alien. per Fred. Ant. de Butr. c. cæterum in fin. de iud. Imola. 1. §. item si voluntate ff. solut. matr. & l. sepe ult. char. ff. de re iud. l. sepe 63. de re iud. Dyn. in c. qui tacet de reg. iur. in 6. Iason in l. quod dotis 38. nu. 78. & 88. l. fir. de neg. gest. Faber in l. licet 24. C. de procur. l. optimam 14. de contrah. stip. Decius in l. semper 60. de reg. iur.

VII.

Quid aut si quis magistris pluribus, siue vni etiã sit adiectus citra prepositionem vt cõsulat ane præcisè requirendus sit ambigitur? Et quidem nisi ab homine, qui potestatem à lege habeat adiectus, (a) vel alias eidem officio præfici non possit, (b) quib. casibus aliud est, semper necessario requiretur. (c)

(a) Bart. in d. §. si plures num. 2. arg. l. Titium & Mæuium ff. mand. (b) l. quidam decedens, ff. de administ. tut. (c) l. idemque §. si quis ea mandati.

VIII.

Cui vicina & hac adiungitur quæstio anne casu quo requiri debet sequi eum oporteat? Et si quidem sani sit intellectus, is cui talis adiectus est, nec additum cum voluntate, & consilio simul, præcisè non teneri verius esse defendam.

l. 2. ff. mand. c. cum olim ext. de arb. facit, l. sed et si pupillus, §. conditio, & d. §. si quis ea ff. mand. Bart. in §. si plures num. 6. per tot. Castr. d. §. si plures in fin.

IX.

Et si autem in stricti iuris contractibus, ijsq; odiosis quicquã ampliare non oporteat, (a) hoc tamen ipsum eatevus hic non procedere verum est, si sciuerit & passus sit filium nauim exercere, (b) idq; in merce paterna, (c) verum an idem in merce peculiari sit, nõ æquè Dd. conueniunt, (d) ego omnimodo expressam patris voluntatem requiri, nec satis eam per scientiam & patientiam induci verius esse existimo. (e)

(a) l. ex contractib. & l. in honorarijs, ff. de oblig. & act. (b) tex. in d. §. magistrum, arg. §. licet 10. (c) Bart. in d. l. 1. §. si is qui & Castr. ibidem nu. 1. (d) Castr. plene in d. §. si is qui num. 3. & 5. contra glo. & Bart. ibid. in vers. idem in nauali. (e) Cost. in d. l. 1. num. 10. secus in priuatis ratio quia in munerib. priuatis sola scientia patrem non obligat in solidum, arg. l. si filiusfamilias de tut. l. 1. §. si is & ibi gl. h. t.

X.

Quamuis autem prætor hanc vt & consequentes adinuenerit, (a) attamen nihilominus contra magistrum que orta est ex contractu remanet actio, (b) à qua tamen specie diuersa hac non est, (c) vnde temere à quibusdam non actionis qualitas, sed specialis nominatur. (d)

(a) d. §. eadem ratione Inst. quod cum eo, (b) l. cum qui §. item si seruus, & ibi Bart. h. t. sepe

sa pè d.l.1. §. est autem electio, & ibi glo. ff. eod. (c) Schn. in prin. Quod cum eo &c. Cost. d. §. item si seruus. (d) Oldend. in clas. 4. act. 5. q. 8. in vers. quia actio ciuilis non transfertur in exercitorem sed remanet. Bart. in l. 1. §. 17. l. 3. §. sed si filius, vers. nec interesse de pecul. Myns. in §. si igitur num. 7. vers. agitur, l. 16. §. fin. de fidecom. & l. 3. §. 12. de pecul. l. 5. §. pen. ff. de exer. act.

XI.

Porro hac actione non rectè contrahentes cum magistro experiuntur, (a) sed ea quæ ex contractibus enatat, (b) quam rectè natiuam Dd. appellant, (c) & hoc quidem si magister sui iuris sit, (d) verum an exercitore soluente magister ipso iure liberetur Dd. controuertunt, (e) ego nisi pro magistro se soluere dixerit, negabo: sin magistro contra. (f)

(a) quia illa prætoris voluntas non fuit, d. §. est autem. (b) d. l. cum qui §. item si seruus h. t. (c) Paul. de Cast. in §. hæc actio nu. 6. h. t. (d) arg. l. seruus 6. C. de iud. Sich. in Rub. C. h. t. Oldend. d. loco q. 3. num. 5. (e) Azo in sua sum. d. loco vers. & quolibet, (f) Paul. de Cast. d. §. hæc actio nu. 9.

XII.

Sed si plures exercitores per vnum exerceant in solidum singulos conueniri posse expressi iuris est, (a) at si per seipsos, an quòd cum vno contractum obligabit reliquos in solidum non ita planum est, (b) vnde in hoc casu distinctionem Bart. amplector, vt nisi diuersis locis, (c) vel alias iisdem quidem, (d) sed, tamen separatim exercere consueuerit, teneri non possint, (e) quòd & in mercatoribus & socijs similiter obtinebit. (f)

(a) d. §. si plures & ibi gl. Bald. in Rub. ad fin. C. cod. Cost. in d. §. si plures nu. 16. l. habeat, §. vlt. de Instit. act. l. ancillarum de pecul. l. vnica de off. proconf. Duar. c. 2. cap. 2. vers. quodcunque & Bart. h. t. Oldend. d. loco q. 3. num. 3. per rationem ne in plures aduersarios, (b) propter conflictu. Cyn. & pet. cū Bart. Cyn. in l. cum te in gallia C. si cert. pet. (c) sa pè d. §. si plures. (d) Bald. in d. l. cum te, Bart. in l. eandem in prin. de duob. reis, colum. vlt. Cost. si plures num. 19. l. iure prouisum, de fab. lib. 10. C. l. 5. §. si plures, d. trib. act. (e) Castr. in d. §. si plures, l. 4. in prin. & ibi gl. Cost. §. si plures num. 17. (f) l. eius qui in prouincia, si cert. pet. & Bart. hic, Cost. in d. §. nu. 20.

XIII.

Contraria autem etsi exercitari denegetur, eo quod non indigeret, (a) tamen casu quo suum à magistro consequi nequeat, non minus quam institori rectè dabitur, (b) vicum que hoc non pauci iniuste negent. (c)

(a) l. 1. §. est autem electio, ff. eod. quia remedijs alijs tutus est. Schn. in §. eadem ratione num. 3. (b) per l. 2. & ibi positam rationem de Instit. act. (c) de quib. V Vef. in supp. quia eadem vtrobique æquitas.

XIV.

Quemadmodum autem exercitori libera fuit magistrum præponendi voluntas, ita potestas est officio spoliare, (a) vt per eū obligari amplius nō possit, (b) & hoc quidem si literis publicè ac legitime, & ijs claris vt omnibus innotescere queat proscripserit, (c) non autem statim morte domini reuocatum officium censebitur, etiamsi contrahentibus de ea constiterit. (d)

(a) quia contractus inter eos est initus, arg. l. inuitum de contrah. empt. (b) arg. l. vlt. ff. de instit. act. (c) l. sed si pupillus §. de quo pala. n. & §. proscribere, & ibi Bart. & Castr. d. t. Ioan.

Ioan. Andr. ex mente domini sui, & ex parte, de cani. & ibi dom. Nicol. de rescrip. Mart. Sili-
man. & refert Laudau. in clem. vna de renunt. Bart. in l. vna C. de fatisd. & ita communi-
ter teneri refert. Benedict. Capra in tract. substit. post regulam, posito, specie 2. num. 3. &
4. (d) l. si quis mancipijs §. si impubes, de Instit. act. Oldend. in class. d. loco q. 6. l. cuiusque
igitur, §. si ab alio ff. d. t.

XV.

*Eadem qua super equitate prator aliam quandam, (a) qua institoria ab eo, quod insti-
toris qui ea tenetur, dicatur, quod negotio instet siue instat, (b) nuncupata est: introdu-
xit, (c) qua contrahentibus cum magistro in terrestri merce, ut supra nauali prouidit, (d)
vnde affines haec quam maximè inter se sunt, (e) ita ut altera ex altera fluxisse videat-
ur, (f) & ideo quod valet in vna valebit, & in altera, (g) vnde desiniri potest, quod sit pra-
toria, (h) accessoria, (i) personalis (k) rei persecutoria, (l) qua ex contractu institoris in
eum qui praeposuit in tributum, (m) eius quod ex contractu debitum est, datur. (n)*

(a) §. si prope d. eadem ratione vers. ideo autem & glo. ibid. (b) l. 3. h. t. Bart. ibid. (c) l. 1. h. t.
(d) l. 4. C. h. t. (e) l. 1. in princ. de exercit. act. vnde etiam in institutis mixtum transtantur,
& C. Schned. Inst. in prin. h. t. d. §. eadem ratione num. 1. vers. quanquam. (f) Bald. in l. 1. &
ibidem Castr. C. cod. lason in §. actiones, Inst. de act. (g) arg. §. 1. Inst. de locat. & cond. quia
iisdem regulis iurium procedunt, (h) §. introduxit Inst. & ib. Schned. (i) Bart. in l. cum qui
§. item si seruus, (k) l. 3. & 4. ff. cod. & passim per tot. (l) l. quia 8. eod. (m) l. illud §. vlt. ff. cod.
(n) Schned. in §. introduxit. Inst. Quod cum eo.

XVI.

*Verum tamen ad hoc ut quis institoria agat necesse est institorem negociari in merce
dominica, (a) consensu eius expresso aut praesumpto, (b) nam ex peculiari utcumque con-
sentiant in eum non competet, (c) tum ut negotiatio quaestuarium sit, (d) nec tamen im-
mutat Institor liber sit an seruus, (e) si modo secundum legem praepositionis contraha-
tur, (f) vnde in substituto ab illo inuito domino secus est. (g)*

(a) Azō h. t. prope fin. l. sed si §. si institoria 4. h. t. Schned. nu. 8. h. t. Castr. in l. 1. §. si is qui
num. 6. de exer. act. Oldend. d. loco q. 1. (b) l. 5. & ibi Bart. num. 2. Paul. de Castr. d. l. num. 3.
(c) tot. tit. de pecul. & trib. act. (d) §. is quoque vers. & potest Inst. h. tit. Alciat. in l. pen.
si cert. pet. Bald. in l. eam num. 1. C. de fideicom. (e) Oldend. d. loco. (f) l. 5. §. non tamen 4.
h. t. facit l. 1. §. 3. de exer. act. (g) quia praeter legem praepositionis, arg. §. non autem, & §. igitur
praepositio de exer. act.

XVII.

*Non autem hic praetereunda est plus quam intricata haec & utilis quaestio, (a) an in-
stitores finita negociatione de contractu tempore officij celebrato conueniri possint? Et
mihi quidem in dubio ipsis assistere legibus tutius visum est, (b) sic quod cum Bart. per curiam pa-
rit approbato non teneri factores alijs utcumque clamantibus (c) tueri non tergiver-
sabor. (d)*

(a) quia quotidiana, arg. l. 1. de trib. (b) arg. l. 1. §. licet, de exer. act. l. non aliter, ff. de leg.
3. l. prospexit, ff. qui & à quib. ma. lic. l. ea quae inter partes §. 1. ff. de re iud. (c) in d. l. 1. §. est
autem 17. num. 6. Paul. de Castr. in l. vlt. de Instit. act. Bald. in Rub. & auth. si quando, C. de
const. pec. (d) d. l. vlt. de Instit. act. & ibi Bart.

sed

XVIII.

Sed quia prator omni casu quo cum seruis & filiis f. contrahi possit, quid iuris sit in conueniendo eos quorum in potestate sunt expositurus est, (a) post exercitoriam & Institoriam, quae in merce dominica tantum resident, (b) praeterquam vno casu, (c) de obligatione dominorum a seruis in merce peculiari contracta edisserit hac forma vt in tributum eos cum alijs creditoribus si modo sciuerint & passi sint, (d) vocet. (e) Vnde tributaria haec vt & superiores dicta est, (f) nec distinguitur vtrum serui verus sit dominus, an bonafidei possessor, (g) aut etiam tutor siue curator, vel etiam procurator generalis, (h) secus si specialis.

(a) vt patet de inductione per hosce passus. (b) l. sed si i. r. de Inst. act. VVesemb. §. introduxit in supp. ad Schn. Castr. in prin. tit. de trib. act. (c) propter utilitatem publicam vbi pinguius prouidendum §. licet io. de exerc. act. VVes. d. §. eadem num. 9. Castr. l. i. §. is qui & ibi Bart de exerc. act. (d) l. i. in princ. verbo sciencie §. introduxit, vbi Mynf. nu. 7. (e) Azo in sum. C. h. t. quia pupilli sciencia non sufficit, vt hanc inducat, (f) a suo fine. VVes. in d. §. introduxit in princ. (g) l. procuratorem, l. apud §. quaesitum de except. doli mali, l. procuratoris, ff. cod. (h) Azo in sum. C. cod. in prin.

XIX.

In hac autem actione, quia in minori culpa est quam superioribus dominus, (a) & tamen maiori quam vt omnino teneri non debeat propter scienciam & patientiam, (b) solum eum Prator in deductionis proprii debiti privilegio, quod alias habiturus fuisset, (c) punit, (d) vnde par conditionis cum ceteris creditoribus sit, (e) siue ante contractum ei debere coeperit siue potest, (f) licet illi potestas distribuendi honoris causa a pratore relinquatur. (g)

(a) quia mandasse ita non intelligitur, VVesem. in supp. ad Schn in §. introduxit cod. (b) Lagus in sua meth. num. 1. (c) tot. tit. de pecul. (d) l. §. in tributum 3. h. t. Contr. Lag. n. 1. in fin. (e) Azo C. h. t. (f) l. §. h. t. (g) Oldend. d. loco q. 1.

XX.

Vt autem in omni contractu hac similiter obtinent, (a) sic vniuscuiusque ad petitionem distribuere dominus tenetur, (b) dummodo caueat is emergente maiore onere, de quo de presenti non constet esse se pro rata refusurum. (c) Vnde emergit quaestio an dominus de peculio conuentus possit deducere, quod se oporteat prestare alijs tributaria? & non existimo. (d)

(a) Contr. Lag. in meth. num. 1. in fin. vt & aliarum materia omnis negotiatio est, (b) l. §. §. vlt. h. t. VVes. d. §. num. 6. vers. quod & si vnus. Oldend. in praell. loco q. 2. num. 3. d. l. non enim ff. h. t. nisi tamen separatae negociationes sint, quia tunc separatim agendum, l. procuratoris, §. si plures cod. (c) l. 6. & 7. in princip. cod. (d) Azo in sum. circa medium C. cod.

XXI.

Verum si creditor seruo merces vendiderit in merce peculiari negocianti, post aliquod temporis interuallum, iisdem mercibus extantibus, an pati teneatur cum alijs creditoribus distributionem? & non teneri, cum fidem de precio in dubio non praesumi existimem, sed rei vindicatione repetere posse, iuri aduersum non reputo.

attin-

attingit Azo C. eod. circa medium. Faber in §. venditæ Inst. de rerum diuis. Aret. in l. quotiens, C. de rei vend. Fulg. in l. procuratoris, §. plene, ff. h. t. Hostien. in sum. de empt. & vend. num. 6. Fabia. tract. de empt. q. 5. num. 8. arg. l. exemplo de act. empti. Emai uel Zoarez in thesauro sent. in verbo venditio. arg. l. non est verisimile, ff. quod met. causa, & l. 2. l. cum de indebito, de prob.

XXII.

Quod si autem filiusfamilias, aut seruus ignorante, aut inuito domino contraxerit in peculium solum, quoad personam domini obligatio nascitur, (a) vnde peculij actio prodit quæ desinitur quod sit præteria, (b) personalis, (c) aduentitia, (d) stricti iuris, (e) quæ dominus ex contractu filij vt satisfaciat, quoad peculium ferre potest, prius deducto quod sibi debitum est, (f) conuenitur. (g)

(a) VVel. in supp. §. præterea Inst. h. t. Azo C. eod. vers. competit autem, l. si quis §. vlt. & l. quoties r. resp. eod. (b) l. 1. §. vlt. & l. 3. h. t. (c) l. filiusfamilias, de pecul. Socin. dicit communem, & Iason nu. 51. in l. frater à fratre, ff. de cond. ind. Iason rursus in §. actiones nu. 13. Inst. de act. (d) tex. expressus in l. Bonæ ff. eod. & per tot. (e) l. si pro patre, §. in rem autē de in rem verso, l. 1. h. t. l. mora, §. in bonæ fidei de vsur. l. 3. §. Iulianus. Bart. in l. 1. nu. 9. eod. (f) Azo in sum. C. eod. num. 27. vers. item & deducitur. VVel. d. loco nu. 8. Bart. in l. 1. nu. 11. vers. item quæro & nu. 11. in fin. (g) l. 1. & ibi gl.

XXIII.

Porro eiusdem æquitatis esse prætor existimauit, vt ijs qui cum filiof. aut seruo contraxerint in re, quæ in domini utilitatem versa fuerit, vel in quam domini iussum habuerint actione prouideret, (a) quod iussu in solidum, & de in rem verso, (b) si mono domini utilitatem, aut in rem versam probare actor possit, (c) idque ne bona fide contrahentes deciperentur, quibus imputari nihil rectè potest. (d)

(a) l. vlt. Quod cum eo qui, facit l. si cum §. de exer. act. (b) Quia parum abest, quin ipse contraxisse videri possit, l. 1. in princip. quod iussu, & l. 1. de in rem verso (c) l. 1. §. si cum impubere ff. de peculio, l. quod si seruus 3. §. sed si eod. §. si igitur Inst. eod. l. 1. h. t. vers. in solidum prætor. §. antepen. Inst. eod. Oldend. class. 4. act. 7. (d) argum. §. magistrum de exer. act.

XXIV.

Verum etsi quidem filijf. ex omni contractu in solidum conueniri possint, (a) tamen in contractu mutui hoc non obtinet propter SC. Maced. ne oberati vitæ parentum insidiarentur, (b) & hoc non solum viuente patre, sed & eo mortuo, (c) nisi filius miles esset, (d) vel debitum sui iuris factus agnouisset, (e) aut sui iuris se finxisset talisve reputatus fuisset, (f) vel parens consensisset, (g) ratumve habuisset, partem soluendo aut non contradicendo, (h) adeo vt etiam iuramento elidi SC. vis nequeat. (i)

(a) l. si quis de pecul. (b) §. illud versic. quæ ideo senatus Inst. eod. VVel. emb. in Schn. ibidem. (c) propter verba, etiam post mortem parentis, (d) l. fin. C. ad SC. Maced. (e) l. item si §. vlt. & l. si paterfamil. ibid. (f) l. 1. & d. l. si quis patremfamil. in princ. C. eod. (g) d. l. item si filiusf. §. interdum tamen, l. si tamen sciente, ff. eod. l. si permittente, C. eod. (h) d. l. item si §. hoc amplius l. fin. C. eod. (i) auth. sacramenta pub. num. 11. c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum






THESES
 TIT. FF. IN
 T. C. QVOD CVM EO
 LIENA POTEST GESTVM
 CETVR, ATQVE ALIIS INDE
 antibus & cognatis actionibus.

DEO VOLENTE, PRAESI-
 IMORVM AC CONSVLTISSIMORVM
 annis Michaëlis Cronenburg, & D. Ioan-
 S. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in pub-
 facultatis Collegio, ex longissimi vsu
 probata consuetudine respon-
 debit -

RDVS LISTINGIVS.
 partu virginis CIQ. IO. LXXXXI.
 XXIV. Octobris.



OLONIAE AGRIPPINAE
 DEBAT PETRVS KESCHIDT.

39

